

Dominico die post Octavam
Corporis Christi

93

Retulit Dominus Sigismundus de Heberstein in priva-
ta audientia serenissimum Regem etiam curasse, o-
mni studio et diligentia sua, et fidei maiestatis Regie
primogenita Illustrissima Domina Hedvigis alieui
Principi et genere et splendore familie illi pari in
matrimonium locari possit, et videretur serenissimo
Regi suo predicto, et Illustri Principi Friderico Pala-
tino Rheni desponderetur, qua in re, vult illius mai-
estas impendere omnem operam suam, modo ma-
iestas Regia delectet voluntatem suam ipso Domi-
no Sigismundo et ipsi etiam serenissimo Regi suo
per suas literas. Item de consignandis aribus
Strigoniensibus et Vysogradiensibus ad manus ma-
iestatis Regie et Illustris Domini Ducis Saxonie
dixit: Quia serenissimus Rex suis metueret plu-
rimum, ne arces circa finem induciarum interce-
perentur, postulare illius Maiestatem retulit,
et Maiestas Regia admitteret illi, et castra pre-
dicta et munitur intra tempus induciarum, et
commeatu provideret, et ut etiam gentes eius
Maiestatis et Hiopani et Germani in eisdem
aribus

castris pro defensione illarum remanere possint.
Quaslibet vero quibus impensis haec ipsa castra servari
deberent dedit, tametsi nihil horum tractatum sit
inter Commissarios Serenissimi Regis sui et alterius
partis, nec etiam quicquam illi in ea re commissum
sit, scire tamen se certos proventus designatos expec-
tandum ad servanda eadem ipsa castra, quibus haud-
dubie providere poterint, et si quid desit, iustam et a-
equam illi videri, et is qui castra depomit, in seques-
trum suppleret, et adderet tantum, quantum erit
necessae.

Item, quia ad contrahendam affirmatam opus erit di-
spensatione apostolica tam super affirmate seu
consanguinitate, quam etiam super aetate dedit, et
maiestas Regia daret Literas ad agentem suum
Romae, qui cum oratore Serenissimi Regis Lui-
Ferdinandi conficeret hoc negotium communibus
expensis apud Sedem apostolicam, et et maiestas
Domini nostri mitteret, easdem Literas suas ad
Regem Ferdinandum, qui illas per celeres postas ve-
nia cum suis Romam foret transmissurus.